151 neque offerre &c.] Neq; ferre hūc diutius errare & conqueri necesse suæ obsequelæ. Vilem. Canter. Neq; ferre hūc diutius tricare & cōqueri, nec esse suæ obsequelæ. Guil. 2. Veris. 21. Tricari est Fallere. vnde Tricones.

carique] cari.

152 in acta cooperta age inoras] in arcæ cooperta age. minores. MS. in acta cooperta alga, Palm. & Fab. Acta, id est littore.

multum numus piscis] multis nūmis vel multinummis.

153 inoras ostreas] inoræ, quæ ore carent. 7. Gell. 6. dixi ad Festum in verbo Inori.

ostreas lucrinas] ostream lucrinam.

huitidem] hoc fit idem.

155 vt etiam putantibus] vt æstimantibus.

mu] mudi & vsc.

Terentio: quando citatus] Idē Terentio quādo MS. ide M. Terentio.

excitatus] excitatus MS.

eum] ei. MS. adde 11. Gell. 1.

unum ouem multam disco] vide Plin. 8c. vi. de Festum in Ouem, & in Recto fronte.

154 suo] saxo.

Titanum] Titana.

155 statuis aquis] statuiis aquis.

158 profundie] profundit MS. profudit.

appositum, posticum] appositis, postico.

que exierunt] qua exierint.

159 nam] nunc.

160 cessum ad presepia suam] Essum ad præ-

50 sepiam suam. ita apud Plautum.

161 putrem panticas] putent pantices.

164 vallato mobilis septos] vallatos. alij, Vallatos mobili septo. alij Vallato mobiles septo. MS.

166 licio] lino.

167 non.] nobis MS. vide supra in Catax. c. l. num. 100.

170 pigre] pigret.

Potestate pigre] post ætate pigret MS. post

60 ætate pigrent, I.

174 Pomp. Dogali: unum penum que] Do illi

vinum, penumque omnem M S. Pomp. Dotata: vinum penumque omnem. Nonius Dotata. Ceterum alium præberem penum. Atta, meum in penum componam satius est. Palm. Dotatam Pomponius & Nonius scripsere. Attæ verò togatæ scriptorum fit mentio apud Horatium.

dotata] dotata.

meum] mecum.

175 *cui medentia*] cui me dem edet hac un.

178 *Eyde*] vide.

179 *vulgari*] Vulcani.

cum virgis] cum fibris MS. alij cum virgis. Nonius Gall. macto te hisce virgis verbentis: macta tu illum infortunio.

porrigere] proficere, vel porricere.

182 *minia*] mania, vt supra in voce Præfente.

pestinas &c.] patinas pastillos mihi cantant.

Muntius] Horatius.

183 *boni secundæ &c.*] Nobis vnde forent fructus vitæque propagmen I.

184 *Lucillus &c.*] Licinius rerum Romanarum.

patibulum ferat per urbem] patibulus ferat per urbem: alij, Patibulo ferat per urbem. &

affigat] suffigat.

185 *factos*] facito.

tremunt] premunt.

188 *admonebat*] apponebat.

sexus] sexu. Scal. in Fest.

197 *tesit & sale &c.*] exsit, est sal fordium quod vstum est, & in ollam rudem frutilem obiectum. postea, &c. vide Scaligerum in Coniectancis Varronis: & apud Festum in Exsit.

200 *vbi atque erunt dum sibilus infitis*] a qua M S. vbi acquirunt dum sibilus infat, Lips. vel sibilus infit.

201 *tergius*] tergum.

203 *miscere suo*] miscere MS. miscere. *exercitum*] exercitum.

Africa terribilis &c.] Africa terribilis contra concurret Iberis, Ac gens Æneæ miscet sanguine sanguem, Lips. Africa terribilis contra concurrere cuius Ciui, atque Æneæ, &c. Fab.

206 *si valebit plus*] si valebit puls, in buccam betet: si licium in schemam Palm.

disiit] die in.

gymnasio &c.] gymnasioque: vt schema antiquo spectatores tetineret.

230 *calamisque*] culmo.

231 *erumna*] in re summa. vide supra c. 2. numero 438.

233 *Masc.*] adde Festum in Masculino.

240 *nulla est, tale etiam est*] est tali Setia I. Est autem Siria (vnde fabule nomen) oppi-

dum Campaniæ.

241 *durum*] durius.

243 *Nyctegrefia scendit hora laterum*] Nyctegerfia ascendit hora laterum M S. Ascendit aura laterum texta Vulcani *vorax*. Palm. aura Vulcani, flamma. Scandit ira laterum texta Vulcani. Vil. Cant. Ira Vulcani *ispe* à *ispe*.

245 *ruffata*] ruffa tria.

246 *incanti*] in caussis.

247 *masculini*] masculini & neutri: ita lego.

vt videret, totum denique etiam suis manibus &c.] vt videret totam: denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori. Palm. Tortam viere, est restim neçtere: paupertatis indicium.

250 *obrepfit*] oppressit.

254 *videas agrotum*] videns agrotum: & eius prius turdum, quam aluum subducere malis, Lips. 3. Verif.

album quam typem] alphum quam typem, MS. aluum quam turdum Scal.

255 *pedatus*] pedatus.

cum pytimon certum] cercum MS. *exim* *urx*.

256 *Quæro &c.*] quero meas *ibi* lines ad tibias bilingues.

260 *patri*] patrio.

quod] quos.

mixtim] mixtim.

ruos] vos.

261 *Diffidam amantem videre*] diffidam amantem cedere MS. Diffugiam, amantem, ne quid ea re turbem vulgum ambigua Lip. Diffidam autem, & de re turbat vulgum ambigua, ac ius vitat, macros disicuit, Scal.

ambigua] ieiuet.

263 *manu*] nam.

264 *portoperipocons &c.*] Portit per *ispe* *ispe*. Dede cedo cacatum. vipera est in veprecula Scal.

265 *Stupidius*] Fufidius.

spiras] asperitatem.

266 *optatum germanus meus*] Oppius: tum germanas I. Turpil. Dotata. Manus meas vespera oriente clanculum Ferri ad speciem declino, Scal.

speciem delino] specum destino.

267 *Lucillus Andronicus*] Lilius Andronicus.

tege] teget.

268 *totu orbe*] tota vrbe.

superet] sumeret.

curuantem] ouantem.

IN CAPVT III.

Fabulare] fabula verè.

explicatione] expiatione.

Ni ego illis putes, si cecepso animam omnem in-

Nun iij

extraxero] Victorius 2. Var. 2. negat hunc locum Plauti à Nonio intellectum, animam enim hic aquam non efferi simpliciter, sed putei animam dici.

Phrygijs] Phrygiis.

cantus] cornus: videtur pro fistula aut tibia dici, vt locus I.

iracundum vel furiosum] iracundiam, & furorem: ita lego.

de Republica libro 1.] libro 5. Fab.

Noctilucam tollo] noctu lucam (bouem) tollo, vel, noctilugam, Luciliano vocabulo. dixi ad Varronem & Festum de Noctiluca.

lassis] classes.

3 *obiectum viuo atque umbram*] obiectu suo umbram Pal. Eademque obiectio sui corporis, umbram, noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptam, tum ad laborē quietem Vil. Cant. 7. Terræ mentionem facit.

Obuiamons] obuiamus.

alteri] alter.

celebro] crebro.

Hinc colomena &c.] hinc colomena lece minis MS. Hinc colo Mænalium geminis aptū cornibus I. Hinc columen alæ. Turneb. Columen, auxilium, firmamentum.

Confellas] tonsillas.

miles, obrepere &c.] milites occipere I.

laxiore] vt laxiore.

vnus confertur] vnus confertur.

pestibus] restibus.

apteque] apte MS.

4 *Veterum vnum &c.*] Verum vnum recidisse, tamen à sene Tiresiæ æqualem.

tamen] à mente.

5 *ne si quo casu*] nisi quod casu.

aduersos] auersos.

9 *Accius Medea &c.*] Tunc dia Medea es, cuius aditum expectant &c.

animos] animum MS.

animum attendo] animo attendi.

Pomponius Macco] Macco, idē quod stultus, à Maccone muliere stultissima, vt ex Aristophane in Equitib. constat: inde forē Maccus, Turneb. 17. aduers. 21. & 29. c. 20. Apuleius Apolog. 2. macci prorsus & buccones videbuntur, citatur quoque Pomponius in Maccis geminis.

Appellare] applicare.

13 *emulatus*] æmulus.

audio quando] desideratur hic pars sententiæ.

15 *armis*] Arimini. Sic infra in Rogare scriptum est.

16 *Ignoscere*] ignoscere.

17 *actum*] Actum. vide Turneb. 19. aduers. 20.

acrius mel] acre vt.

Aut Philippo] aut Philisto.

Theopompo acrius] Theopompo acrius, aut

Ephor mitius inueniri potest.

18 *vlla*] vlllo.

perculeris] pertuderis.

22 *potes &c.*] potest, qui Angiæ egit *ἀποδο*. designat Herculem. *ἀποδο* Græcè dixit pro stercore.

25 *fosellerunt*] fallarunt I. id est fuxerunt. *Attice*] Atticis.

26 *in omne*] & omnem.

27 *amantis astuantis*] amantes astuantes.

31 *aridum succum*] arida caro, Macrobio videtur opponi salsamentis.

auresterget] aure sedet.

33 *adaclus*] adauctus.

34 *Ennius quem incertum*] quo enim cœtū MS. Ennius Chœnice: Tum tu isti crede, atque exerce linguam, vt argutarier possis. Turneb. Chœnix fabula Ennij fuit de nomine mensuræ Græcæ, vt modius Varronis, quæ mediocritatem victus ostendit, Turn. 29. aduers. 20.

Fullonibus] Fullonia.

36 *Quis se magis*] Chryse: magis.

Embono] Hypolimæo MS. Symbolo MS. Emporo, id est mercatore, Turneb. 29. aduers. 20.

vel tantis] velitantes.

Asia] Asina M S. Astu Lips. Turnebus d. loco.

Vides] video.

39 *Cæcilius Plocio*] Cæcilij Plotium M S. Plocion, Cæcilij fabula ab ornamento capitis.

40 *Quo*] quam.

41 *Varr. Agath*] Plato scripsit symposium de conuiuio Agathonis poetæ, in quo de amore disputat. Cuius forē exemplo hanc fabulam Agathonem inscripsit, hoc est de amore Turneb. 29. aduers. 20.

abdicatur] abducatur.

42 *Aduersi venti &c.*] aduersi venti coniderunt: quod si pergunt diutius mare voluere, vereor ne me quoque, cum domum iā ab Illo Cessim reuertero, præter canem cognoscat nemo, Turneb. 29. aduers. 20. I.

44 *malte*] vide supra cap. 1. in Adoleo, numero 288.

Dumque adolescens] dōnicum olefendi. alij, dumque olefendi.

gloriae] gloria.

45 *dum vsioni*] tum vsioni quod satis esset, tum quod etiam quod acroasi bellorum hominum, Turneb. 29. aduers. 20.

nunc quod etiam] nunc quod sum M S. tum quod etiam Turneb.

acta bellorum] acroasi, MS.

in carteo stadio] in charteo stadio Epitaphion agona, &c. Turn. 29. aduers. 20.

afferat] auferas.

46 barbaricam pestem Sabinus] Barbariam
vestem nauibus. Sic s. c. 1. num. 192.

multitudo minus, &c.] mustati, dominus ma-
tura oua ad cœnam committit, v. 5. Dominus
num. 125. & Maturum 306.

Quod] quid.

50 post messem] præter messem.

qui] quis.

51 velocius, &c.] velocibus iuuenis mem-
bris.

54 inuatque] iuuanteque.

55 curationem differre] deferre MS. cum ra-
tione differre, Lipsi.

57 populum istum] populo.

voluimus] volumus.

neesse luctu] necesse est luctum. vide infra
numero 180.

62 dixit] dixit.

comparant] componant.

Sic vincetus animus, &c.] sic multis animus
quorum atroci vincetus malitia est.

Cum Plocio, &c.] cum poclo bibo eodē, am-
plector labra, labellas. Fictices cōpono, hoc
est, tum $\phi\lambda\lambda\alpha\kappa\omicron\tau\omicron\upsilon\mu\alpha\iota$, I. Ita legendum, indicio
est id quod infra in Fingere num. 202.

63 propter crepas] percrepas MS. alij perter-
ricrepas. Sic Lucretius perterricrepum soni-
tum dixit.

molliciem] militiam.

64 ad teretardat focium] ire tardat, si alium,
Lipsi.

nec est] necesse.

66 callent domi] callent domitum, MS. cal-
lent dominum imperium.

viuendi] bibendi.

Lucillius] Lucinius.

festus desidet] Festum residet, id est agit.
Plaut. Captiuus, venter gutturque resident e-
furiales ferias.

68 Vidularia] Aulularia.

Ixonias Archilochio] Ixonias ἀρχιλοχίω.

Huncine vnquam] hunc ne in quā MS. Huc-
cine vnquam Hyacinthi hominis continu-
potentis Scal.

Delicijs] Deliacis, MS.

urier, ut vim, &c.] urier, ut cum contendas
tuam maiestatem viris.

philotoreon] φιλοτιμῶν.

iam potero incipiam] iam pater incipiam.

ut hinc comportet, &c.] ut hinc compostet,
MS. ut hic compos & Citium & Salaminem.

Salaminem habeam] Salamine habeam.

Lemnijs] lenonibus.

nihil coniectura] nil coniectura.

flexinice] flexa ceruice.

quò contendisset] quā contendisset MS. quò
contendi, sed te ita: vel, sed te Tita, Palm.
Quo loco, sed te, significat sine te. alius legit
qua contendis femita.

Tarentinum tuum] Tarentum hunc.

69 sub armis vitā cernere] Euripides ex quo

Medeam exulé vertit. Ennius scripserat *mege*
domida s. v. 44. Carterū Turneb. existimat in hoc
loco *no*, cernere, nō significare amittere, quē-
admodum interpretatur Non. sed dimicare.

impetrem] impetrent.

Babium] habitum.

nisi] ni.

ad finem] ad fines.

malunt] malim.

exercitum] exercitus.

70 facto] factum hic, pro libamento furio-
sis lustrandis recepto, accipi videtur.

71 videntur frigus, &c.] videtur Phrygius ex
incesso, quā est confidēs. Dij hunc perduint
I. viden tu frigus incesso, quā est confidēs?
dij istūc perduint, Lipsi. videtur frigus incesso,
quā tu es confidens, dij te perdant MS. Fab.

infrenis obstes, &c.] infrenes, obstes animis.

duas sibi res] duas Isocrati res, Victor 4. Var.
4. hoc enim de se testatur Isocrates in Pana-
thenaico.

72 & voluere] heret, voluere. (modo.

quod de nata est modo] quod te nata subit

23 epiroti] biroti.

mibi] ni.

exemplo] extemplo.

75 veteres] vereris.

secus, vel adiliū modius purus, &c.] securus
ledæ delitium, modius purus, putas, si adhuc
characterem Cleopantus cōueniet, I. Secus,
vel ad ædiliū modium purus, putus, si ad hūc
charectera Cleopater conuenit Fab. æquus
vel ædiliū modium MS.

si adhuc] si adhuc.

Cleopantus] Cleopater.

tu] tu.

insidijsque locaus] insidijsque locasti. A.

76 ecce caldis pedibus] ecce tibi calidis p. q.
n. i. irrumpit in Fab.

femistulatus] semustulatus.

78 aruus] æuus.

contenti sumus] contentus sum.

79 sed pauca otio coacto] Pancarpine ocio
MS. sed pancarpineo cibo coacto I. ut sint
versus Phaleucij. Vocat autē Pancarpineū ci-
bum, è miscella generis frugum congestum.

85 bisquinocloginta] Bisquinoclogena.

87 luctus] curas.

88 $\omega\epsilon\lambda\ \mu\acute{\epsilon}\delta\eta\varsigma\ \omega\epsilon\lambda\ \eta\delta\omicron\upsilon\eta\varsigma$, vt J. in Ferre nu. 186

89 vel] mel.

Causam conicere hodie ad te volo] v. l. i. ff. de
Regul. Iur.

in castio] Nicasio.

& conicere] it conicere hac nescio quid de
ratiuncula. Atque eecum incedit, hoc procul
cōcessero. It conicere, id est parat conicere,
sic Terentius, it visere.

quicquid de latratiuncula] quid de latratiuncula
la MS. quid de ratiuncula, I.

91 occidisse] concidisse.

93 ferre] ferret.

97 *maximum cedit ferro sed cadere Vlyssem*]
 Ajax dum credo ferro se cadere Vlyssem.
 libro *xxix*] libro *xxviii*.

grato urgere &c] gnate vrge, restant, peri-
 mus, MS. Sic *7*. num. 484. in urgere.

99 *constare dicunt*] constare hominem.

101 *de Bruto*] D. Bruto.

102 *ferre*] tenere.

teneamur] teneamus.

in continentibus] Ne in.

103 *est natum*] astimatum.

coci] foci M. Sociis.

104 *quidem*] quod.

105 *concelebrare, diu amare*] concelebrare,
 difamare vel diuulgare, Lipf.

multis inductis] multis inde locis, MS. mul-
 tis endo locis Cuiac *ii*. Obl. 9. alij multis in-
 107 *Certa*] cetera. (du loci.

mutandis] mutuandis.

109 *Pansa, &c*] sponsa: Papæ Pol eò magis
 curabo, vbi cognorint.

eos ipse] quos ipse.

111 *quem Index*] quidni Index.

notum fuisse] votum fuisse.

Et amplius illam apparere] etiam thus illâ
 apparare. loquitur de apparatu rei diuinæ.

114 *vel*] &c.

te satis qui audem ache] te satis qui laudem
 Lachis Scal. rem satis qui delicem. Idem Pan-
 famacho. Imò verò in antè, soli dum sumus
hic] hæc. (delica.

solitus sum] soli ius suum, Scal.

istum ventrem] istum in. (deliciis.

115 *presertim, labra delictis*] Præsternit labra

118 *etiam hoc versibus*] atque hoc versibus.

Animoque agrotat &c] animo qui ægrotat
 videmus, hoc innuit, Habitum corporis, in-
 dicium esse animi turbati.

119 *vbi*] si.

nonnunquam faciunda] nō faciēda nōnūquā.
iam tum depositus bubulcus] iam tum depo-
 situ bubulcus.

vecors flāmeus, &c] vecors flāmeo, Deposit⁹
 que scribi] qua scribo.

121 *Aduereor*] At vereor. (& quoniam.

122 *Igitur quiescet, quoniam*] igitur quiesce
pareas] parcas.

De rustico] Det rustico.

quicumque dixit] qui condixit.

123 *quo more*] quem ore.

125 *Dominus rursus*] v. Lipf. i. Saturn. vlt.
 libro sexto] libro 7.

inquit, Crasso Mutium] inquit Crassi. sic apud
 Mutium.

xiii] xxx.

meretricis, &c] meretricis ad me delenifi-
 ce, Atticæ, conuenerant, condixerantque, l.

extra cubui] dextra accubui Lipf. est enim
 sermo de conuiuio, in quo se dominam dex-
 tro loco accubuisse ait.

Alteri scribam] alter scribā MS. de hoc loco.

V. Lipf. 3. Scal. Castigat: Guilelmii Verisimil.
Discumbimus missati, &c] v. s. num. 46. & *7*.
 numero 306.

128 *fortis turba*] Parthis turba.

omnes, nam discrimen, &c] omnes natura, vt.
neque signat linea alba] prouerbiū quo ostē-
 dimus nullum discrimen à nobis fieri. vide-
 turque hic locus desumptus è Chamide Plat.
pistris] pistris.

129 *aduocari*] auocari.

130 *Aidus index rei ducebat esse, xarvov, hoc mo-
 do*] *xarvov* = *pulus* Turn. 29. aduerf. 27. perstringit
 Iudicū nūmariorū auaritiā, qui reū cūm ha-
 bēt, prædā habere se pātāt. Ducere igitur *xar-
 vov* = *pulus* est, reū promiscui vsus ac commu-
 nis ducere.

Orco spondent septimum] Hæc verba aliena à
 Lucillio, Lipf.

ducatque eri simul, &c] duc atq; æris simul
 adde alieni.

Hercules Antianus] Hercules Antæanus
 MS. Tabula Hercules cum Antæo luctantis.
vbi ille abii] vbi ita, abii.

131 *Tamen aliti verruca*] tamen alij verruca,
 aut cicatrix neuūsue: vel papule differūt. No-
 tandū obiter = alij, in dandei casu hic positū
 eo sensu, Etiam eos, qui forma sunt eadem,
 habere aliquid diuersum.

133 *existimatio*] æstimator, sic legendum *7*.
 Referre, numero 394.

eum] meum.

134 *demisso*] fractōque fiant.

affert] aufert.

135 *machinis*] machinæ MS. machinato, *5*.
 in Transenna.

136 *discere labora, &c*] labora, discere ne res
 ipsa, ac te ratio.

138 *consenescit*] consenescere.

139 *adeque*] atque.

claram allatam] illatam MS. illustrēmq; *1*.
adlata = *apex*; clarans alata dicasset Lipf. vt
 clarare pugilem apud Horat. Alata fama à ca-
 leritate dicitur.

140 *Astiduo*] Asside.

locum] lutum.

descendant] escendant.

142 *Adest alba, &c*] Adest alba n. c. C. q. tu
 restitui iussisti, sed &c. M. at. est statua nescio
 c. C. q. cum r. i. A. c. ca. deiecta tum esset ex se-
 natu] consulto. Palm.

143 *te recedere*] det recedere.

definitam viam] infinitam.

144 *illuc oculi*] illud oculi.

deductat hunc voce Leo] deducta ad hūc vo-
 ce Leo. Palm. deducta tūc voce Leo, Fab. hic
 enim exprimit Apologō Leonis cubantis in
 morbo, & omnia animalia, vulpe excepta, ad
 se adlicentis. Deducta igitur voce hic dixit,
 vt & Terentius deducta oratione.

147 *At non sunt*] aut nisi.

Asceperisne] Acciperēsne.

148 *Diligite*]dirigit ita hic legendum, vt & infra duobus locis. Nam & ita legitur apud Festum in Dirigere, vbi tamen perperam legitur discedere pro discindere.

totam]coctam. alij, coactam.

diligite]dirigit Scal. difficit.

150 *Ennius*] Ennius Erechtao Muret.

eripite o cus, &c.] eripite o ciues, quibus nunc arumna mea libertatem paro, quibus seruitutem miseria deprecor. I. extant autem hi versus paulo aliter apud Agell. 6. c. 16. Porro hic sermo est de Erechte filiiabus, quæ pro salute patriæ mortem appetierunt.

154 *vt sapius faciunt*] vt sapiis faciunt.

iniuriatum] in viriatum, Scal.

inuolasse] inuasse M. S. inuassisse.

tamen] tandem.

155 *non potest, Menalippe, hic sine tua opera exanclari clauos*] Species Prouerbij: de clauo autem vestimenti id intelligit Turneb. 29. aduers. 27. Fab. pro clauos, legit latos, quod certè magis probatè: nisi de clauo trabati, id intelligendum esset.

quantasque] quantas, quoque.

ferè exanclauimus] feri, exanclauimus: vt ad Tyrannum referatur.

ulciferer] ulciferem.

156 *adilū heriliū.*

eliminā] eliminor.

accindit] accidit.

arimodeo] Armodio M. S. A. Riuo Deo, Turneb. 29. aduers. 27. armos deo I. quasi diceret se obuertisse Deo humeros. Ego ita lego, occipitium *Ar*u deo ostendo: ex oraculo elimino me: vel aris deorum, &c.

quoniam] quam.

Conclauos, &c.] *Cona*: vos istic manete, I. Turneb. 29. aduers. 27. putat hic agi de clauo vestimēti ac trāslatitè, de negotio aut re maximi momēti, ac difficili, quæ sine alterius opera prastari nō possit. Ego vero aliud sentio ac ita lego, cōclauū in isto manete, eliminabo extra ædes coniugem.

157 *quid hic ceptat, aut quo euadet hodie*] *scin* quam? quō euadat, vide.

post concitata] passim.

160 *prius domes*] vt primum domes.

164 *exeatū*] is exeat.

165 *foribus imposta periclitantur*] foris imposta periclitantur.

167 *vbi*] nisi.

me de cordis] Medea, M. S.

extulisse] extulisses M. S.

gaudij dator] gaudij mōdo, vel patho.

suscipiant] suspiciunt.

169 *ingluuiem*] illuuiem.

176 *dare*] venire.

177 *ibi erat*] vbi erat.

scopios] scopos.

178 *purges*] perurgeas.

decuras] deuras, peruras.

183 *Suamque vt culpam, &c.*] sua si quid culpa expetere mortalem vt finat.

184 *Exiit*] exsilit.

libro ij.] adde alium locum s. c. z. in Fax.

cum item] cur.

inequali] in aquali: & in aquali: Scal. 4. de Lingua.

186 *prelio captiuos, &c.*] Varro Prælio captiuo *sei idvūc.* Non posses eā amplius perferre. tamē suadet vt noccat, v. quæ scripti s. num. 88. in Censere.

colligere auxilium, &c.] collegæ auxilium tamen, et si indigno, feramus. Verba sunt, Fabij Dictatoris auxilium ferentis Minutio adæquato sibi imperio. alij legunt, colligit.

vt ad te] & ad te.

vestigia sed] vestigia se.

191 *ea sum*] eam sum.

nostris factiones] noui factiones. vel nostris factiones.

Non utilitate] Nobilitate.

intercedere] intercidere.

192 *formosissimam esse*] formosam esse.

donatum equum] donatum equum M. S. vt adoriatur mœchum Lipf.

ne feroci oratione, &c.] ne ferociorem faciant te tam præclara cæli.

193 *directius sese*] dat rectius se.

ei cognatio] ei cognati.

videre] viderunt.

195 *ergo improbus esto*] improbus ego: esto. *Hæc effatus, ibique.*] Hæc effatus ibus Lipf. Ibus posuit. *apud præc. prois.*

Imis, &c.] inimicis, vt J. in Adiutatur.

potiri, &c.] les potiri' vt dicta facesas.

aliquis vestrum nuntiet Gemine, vt res suas procuret, edibus facesat] formula diuortij, de qua dixi ad l. ij. ff. de diuortijs.

naturam dico facesse] naturam dicto facesse, Fab. matura, & edictum facesse, Palmer.

197 *aperire, &c.*] aperiri prorsum, aut.

ante fatiscar qui] haud fatiscar quin.

vt si ita] at si ita. Scal.

nisi nunquam fatiscare, &c.] si vnquam fatiscar facere, quidquam quod quibo, boni.

198 *Ferus significat equum*] Ferus iterum equus.

200 *aerium*] actutum.

abstruso] obstruso.

Pauxillus] pusillus.

201 *Eodem*] hi versus restituti s. in Componere num. 62.

incipiat, &c.] incipiant fingi, ad id quod si euadant.

qui ferimus] querimus.

figulis oblitis] linguli oblititi: vel, figuli oblititi.

203 *securissimus*] vetustissimus.

210 *alienum mœstum fouere*] alienum est confouere.

insideat] insidat.
 211 mulctaria] mulgariatalij mulctralia.
 culina] cullia M S. culleo. vel culigna legendum. Illud vas vinarium: hoc potorium.
 123 humi] humo.
 Aeneid. lib. 2. &c.] Enn. Annal. lib. 1. Fufus sine mente, sine vilo subiacent.
 214 ducta] deducta.
 217 faciam vitula] faciam vitulam.
 218 ante arena, si ex sole, &c.] ait à cœna se exsule, Quinque annos, neque amicus vnquã grauis, neque hostis fuit, V. venescis & egresia, &c.] hostium deperisti, & graue.
 215 unde thenfam] vende thenfam. cum fingere] confingere, vel confringere. certamus, &c.] certamus sine diploide. hæc eadem] hac eadem.
 229 veteres palmam] vide Festum in Herbam do.
 donant] dona tenent. v. Festum in verbo, Herbam do.
 constat] conlustrat.
 det] docet.
 226 ubi hic me sis] vbi ne hic sis. me sis] in oscis M S.
 urbem] vrbe.
 tenebrosus] tenebrius, &c.
 impulsus] impulsus.
 227 utrumque mulieres & epicrocum viri quocumque habitant] epicrocum habitare, est epicroco vti. epicrocum genus anniculi crocotinctum.
 comas] comas M S. comas habitasse, est ahuisse.
 228 non vident] non vident M S. nos rident: credo ridere, hiantes video, ridentes non audio, Fab.
 230 & fortia] è fontibus.
 231 tu cum] tunc.
 cuius cum] cui cum.
 disples] defletus.
 232 nobiscum esset] à nobis, comesset. retardat] retrahit.
 onera, &c.] coronam M S. vnguenta, mensam, talos, vinum, hæc huiusmodi: Quibus rebus vita amantum inuitari solet, Lips. vernerem, mensam, talos, vinum, & hæc huiusmodi, quibus rebus vita amatur, tum inuitari solemus Fab.
 locus] lucus.
 cito enim] scito etenim M S.
 ipsum audi vino inuitari] ipsum audiè vino inuitari Lips. Loquitur Vlysses, de Cyclope, quem vino decepit.
 234 timere occipit, &c.] timere occipi, & interdum oscitant: ineptus, quid mihi vellem, ex insolentia. Nesciebam Lips. nisi legas, & tremere occipi. Est autem adolescen-

tis sermo de initio sui amoris.

ille insolens autem] ille insolens eam, Fab. Ita è fetu & tenebris obstinacius speciem amissi luminis conspiciunt insolentiam] ita è fetu & tenebris obstinacius speciem amissi luminis, &c. Ego hunc locum sic emendo, Ita è fetu & tenebris obstinacius speciem emissi luminis aspiciunt insolentia. Emissi, id est in oculos se ingerentis & incurrentis.

235 agitis] ageritis.

lucos, &c.] lucos Ingenium arbuta vineta sunt, non obscuritas I. nata sunt, non obsita, Scalig.

236 Andromeda] Antomedea.

237 Pistoribus] pistoribus.

240 infidamque stacitam] infidam, constaticam.

domum] modis.

menti utique, &c.] ventū vti, Val. Iuuetuti.

habitat ovis quam propitius] habitato vis quam propius.

persuadet] persuaderat.

antea malè, &c.] pōvov.

qui voluntatem] qui voluptatem I.

concurrisset] concucurrisset I.

domo] ab domo I.

id est] &c.

feram, ignoscite] feram cognoscite I. feramque gnoscite, Sal. Est qui excusam defendit, seruata litera M.

250 impudentissimum] imprudentissimum. ergo improbus esto] tibi, ego improbus: esto.

251 iactanda] agenda.

id atque adfederet] iactat quod assederit.

tibi nunc semiuiri] Iuuenal. semiuir obsceno facies reuerenda minori.

teretem comam] volentem iactant tibi Galli]

iacant comam & caput fanatici.

252 videret] viderem.

incendij] incendio.

258 pseudomenus] pseudomenon M S. pseudomenos sophisma captiosum & mendax.

259 palam] pansam vel pansa.

261 tu ab] tua.

quid querimus acre] hac re.

262 insulta miseram te quoque in me] insultat miserum te quoque Muti M S. Fab. de eo Persius, Te lupe, Te Muti.

263 Tulli animum, &c.] Tullium ex omine atque nomine ipsum interfeceris, Lips. vt sint verba Tullie suadentis marito, mortem patris. Porro ex omine dicit, quia videtur Tullius dictus à tollendo.

Pisium magnam] piscium genera.

265 ire addemenetus] ire addet Menedemus I. Ire Demenetus Lips. vt sit sensus, Chremes in indulgendo filio medium tenet. Demenetus, Plauto in Afinaria, excessit, filium ad meretrices etiam deducendo.

266 parasiti autem diuinas] rem parasiti, ac diui-

ac diuitias aut MS. diuitias auent.

ac probrum) ad probrum.

fartacula) deminutiuum à farta.

270 lactes agninas) lactis agnina, apud Priscianum: lactis agninas.

271 sed pancarpineo, &c.) vide §. in Cogere numero 79.

Quoniam legere, &c.) quam legē MS. quin legere te optimum esset, &c. MS. Fab. Quum legere te esset optimum atque æquissimum, Quia cum vegenda ætas & viuendum est tibi.

vegeta) vegenda MS. vegenda ac viuendū esset tibi.

Qui verba venatur, mea pestis ars cadat, &c.) Qui verba mea venatur pestis? Arceat & sermonem hunc subligat, Scal. Arceat pro accedere. Qui verba venatur mea Postis arceat, & sermonem huic sublegat Guil. Postis pro postes.

mea pestis ars) ecce pestis accedat, &c.

sermone satius) sermones otiosus.

272 Studet) studet.

273 Ille nobilis, &c.) ille nobilis, quondam canis, hinc linquit homines in terræ pila. Videtur loqui de Menippo Cynico.

in terra pila) id est in terra rotunda Turn. 29. aduers. 28.

274 Idem Schematico) Schematicus: Lips.

275 Frigus) Phrygiis, vt §. in Anima num. 2. vocas sed) vocallet.

incurie) incuria.

liquidius, cultiusque, &c.) liquidiusculusque cro, Turn. 29. 28.

ut vinea fulmine) in cista viminea.

ut ista) vt cista, I. Rarum exemplum. aurū quod in cista erat fulmine colliquisse, integra cista, Turn. 29. 28.

Quid est tanti, &c.) Quod æs, stannum aut quid aliud, & informe, Lips. cum) cui.

Accius stasiast) Stasiastas, id est seditiosos, Fabula fuit Accij.

Cum subide, &c.) cum subito dolore hoc anima corpus liquerit, I. Cum tibi de dolore hoc anima corpus liquerit, Turn. 29. 28.

percontaris, quo pacto) tenesque quo pacto.

77 Nanius) Liuius.

Tum autem lasciuum Nerei sumum pecus ludens ad cantum clausum lustratur) tum lasciuū, simū Nerei pecus ludens ad cautem, classē lustrat, Turn. 29. 28.

clausum lustratur) classum MS. classum I. clausum lustratur. Sirenes citis Delphino iūctis vehiculis hippocampisque asperis, Scal. in 4. de lingua Varr. adde §. c. 2. in Hippocampis numero 397.

At mecum) at me cum.

278 defregi) confregi.

279 Quinam esset iudicem feram) quā

te esse dicam feram Turn. 29. 28. Ego ira lego, Quānam te esse dicam ferā, qui manu corporis feruidos fontes aperis, lacus sanguinis, & q; vita leuas ferreo ense. Hęc enim verba sumpta ex Varronis ἰσχυροῦς, in qua disse-ruit aduersus Philosophos qui iactatione, morem sibi consciscēbāt. Ceterum per feruidos fontes corporis, venas intellige, in quibus sanguis feruet: quę & sanguinis lacus etiā vocat.

Feruidos fontium aperis lacus:) fecundos aperis lacus.

280 Malis necesse, &c.) v. §. numero 57. cui ictum) qui victum.

281 ut taceret pugnae) vt acer & pugnae. Cotta Senex) Lūci Cotta Senex.

Magnus trico) v. §. c. 1. num. 85. Tricoes.

si vel iudex, &c.) iudex sicubi ipse id lente ferre videre.

285 decimintia mee) dedi minutia mee Viri-viua appendi.

288 Virtutis hæc tue artis) virtutisq; tuę, atq; Hæc tamen) hic tum.

289 Moesia) Mysia.

291 Qui aut) quia.

honori) honor.

Pater, &c.) Is patrem honestē re mastravit aurea, I. Patera Nestorē mastravit aurea Turneb. 29. 28. Mastravit, pro honoravit, vt apud Ciceronem, mastrare honoribus. mastrare est auctiorem facere. Est qui aliter legat hoc modo, Patera em mastravit aurea. Em, id est eum.

Ignibus diui) & in agnibus Diuis MS. & manibus Diuis. id est infernis: vel inanibus Diuis, I. id est corpore cassis.

arcitenens dea) id est Diana.

Quod Calendis, &c.) quot calendis.

fatuam) fauatam, MS. vel fauo dulcorata: vel, fabaciam, I. fabatam Turn. 29. 28. Fabata pulla Romani & priuatim & publicē rem diuinam aliquando faciebant.

magis angere) v. §. c. 1. Adolere, &c. 4. Adolere Philocheia) opeolēpota MS. Neoptolemo I. Neoptolemo ita, vt dixi, mastræ his armis: mastræ virtute patris.

At ego) ita ego.

Do date mastrantem) Dotatæ mastrant, &.

Mastrato, &c.) Mastrato te misce Virgil. verbenis mastrat villam infortuito MS. mastrato te hisce vigris, verbenis: mastrato tu illā infortu-nio: vel, mastrato te hisce priuis verbenis, &c.

292 in concubio) id est concubitu, concubiū enim hic non pro parte noctis, sed pro concubitu: idque ex Euripidis Hecuba sumptū est, Turneb. 29. 28.

serui ad cupidines) seruiat cupidini.

Statu esse optimo) statuo esse optimē.

ac leuiter) aut leuiter.

Varro Tithon esse γήρας) rectē fuit enim Tithonis senectus à potris memorata.

Si multum lusi) Risi nullū, lusi modicē am-
bos.

293 *Et illud*) atque illud. mitigabat Sanda-
lio caput. idem Terentius.

à fistula &c.) ac aestiua MS. ac aestiua.

296 *hybernas, &c.*) hiberus Terrae ac me-
ret ter sex ætate, I. dū miles Hibera Hac me-
ret in terra ter sex, ætate quasi, annos. Idē lib.
11. Annos, hic terra iam plures miles Hybera
Nobiscum meret. vt hinc constet Lucillum
diu in Hispania fuisse, & quidem annis XVIII.
quos hic vocat quasi ætatem.

are publico) equo publico.

Qui merita hominem) Qui merita hominem
se seruū facit.

297 *Pruciades*) Prusias.

298 *λεπτομαρής*) λεπτομαρής. (ginor.

300 *Mutilamur*) muginamur, v. s. in Mu-
molimur) caluimur, ita lego.

subducimur) seducimur.

horrifera, & soni) horrifera equi soni MS.
horrifera Aquilonis.

Et iam aurea) & in area.

303 *& eos, quas ipse*) Accius Chryippo quasi.
Omnia tumēdo mucro) tumēdo mucro Tur-
neb. 29. aduers. 28. vt *μύχοι* hic vsurpet pro pe-
netrali: nisi putes vnicū verbum esse *εὐδύου-
χοι*. Est qui legat omnia endo mari: alius, Tū
endo mari.

304 *face, illo met, &c.*) facies, illo me vt ere
lubente.

306 *Qui vt vigilarem*) vt si vigilarem.

Discumbimus mussati) v. s. num. 46. & 125.

312 *transire*) tranfmicare.

fluctibus) se fluctibus, MS. V.

Doctior ceteris isafamiis) quā ceteri isaf-
mittio.

318 *οὐκ ἀπίστον*) οὐκ ἀπίστον, Tur. 29. aduers. 28.

*Tum contremula aquilona apud altā littora O-
riris, ac veluces nobilis omnibus*) Tu contremu-
la &c. MS. Tu cum tremula aquilenta, &c.
Trimetri versus de Luna. Est autem aquilen-
ta ab aqua, (vt à musto, mustulēta: à vino, vi-
nolenta) Epitheton Lunæ, quod humorem
terris inducat.

Me argos referam, &c.) Ergo me Agros re-
feram: Nam hic cluo iam gnobilis.

debilitat) nobilitat.

319 *Numero signo*) Numero significatione
MS. Numero cito.

numerus) numero.

Nequis ad numero) Neque sat numero mi-
hi videbar.

inepti, &c.) ineptis: pertimisti.

Fere numerarius pramuntēbāt) Numeria MS.
Fere Numerij prænomine erant MS. Nume-
rios prænominebant. Anron. Augustinus in
Festum in dictione Numerius, vbi dixi: Tur-
neb. 29. aduers. 28.

in partu precabantur numeri) precabantur

Numeriani I. Turn. dicto loco precabantur
Numeria, quam deam, &c. Numerij Deę par-
tum adinantis meminit Augustinus.

320 *niti natura*) nitere.

nitens humi) v. s. Humu.

322 *verum ea necessitudo*) sumpta hæc sint
ex Sallustij bello Catilinar.

sed eas) sed edas.

Asser vinum) v. s. Aurigatur.

323 *Equidem mihi videor, &c.*) Et quidem
mihi videtur pro necessitate.

328 *fidem per eos, &c.*) idem Tereo, sed vbi
clamor is regem, auferte.

is qui est) Vlysses est, quem.

prius suos) primum suos.

non negasset) non nugax, MS. non nugas ef-
set saltatoribus in Theatro fabula.

funditus delenda) rursus delenda funditus.

Cum in eo &c.) cum in eo essem occupatus,
atq; in Schola curarē, inscribit Scātius horno
per Dionysia. v. s. in Horno, Horno curari, est
frugibus & vino ipsius anni foueri & ali.

Paulum Marcelli) Paullum Maecelli.

nulla deinde victoria tam) millia decē victo-
riatum, Græca I.

curauit ut occuparem) id est, vt darē scēnorā

329 *bimatiā*) bitem aram, v. s. in Atrum.

vereremur) vt tereremur.

vestra abunde) vertilabundus.

330 *turpitudini adhibetur*) turpitudine adhi-
betur, aut.

nuptule) nuptæ.

restaurant) returant.

altissimam regionū) dicaspolon MS. alij ita
emendat, altissimē regionū fac, defistat exer-
citicum morari, n. m. a. domiuitione arceat N. &
obscœnum hominem.

qui arcana, &c.) qui Arpinam Asamque. De
vtraque v. Stephanum de Vibibus. Ego verō
ita lego, arcem astuque.

omnibus faustis) omnibus faustis.

adhibent) adhibeant.

332 *firmans*) formans.

Persequere) prosequere.

333 *dicat*) dixit.

hæc delectare domive) & delectare domi ter-

334 *Atque cum cupio, &c.*) atque cum Curio-
(vel Cæpio) laudatum accensūque præ-
miorum spe, quibuscum optauisset, ire iubet.
Lips. Alius legit pro Curio, Cupio.

ire inbet) ire inuet.

Diogenes qui amicos) qui Cynicos, vel qui
Cynicus Vil. Cæter. Diogenes Cynic², Guilel.
quid) quidquid.

335 *in flumen*) frumē, seu rumen. ea est pars
colli qua esca deuoratur, ideo dicitur frunif-
ci & ruminari, &c. eiusmodi obscœna.

Volumnio) Volumni.

Siquod verum inusitatum autē (*εὐσημα πον*) si
quod verbum inusitatum, aut *εὐσημα πον*.

expergesat

expergefactum, adueniens tenebrofum offendit
dominum] expertem se factum aduenientem
offendi domi, Lipf.

337 regere] regere.

gaudeat] gaudeat.

345 mente exfensâ, tardigenulo senio, &c.] ex-
efa tardi ingeni o senis Vulg. 2. Agel. 6. alius
legit, ardigenulo.

346 Nam virtutem] vnam virtutem.

Cum fiam nihil in vita proprium mortali da-
tum esse] Terentius Andria, Nihilne esse pro-
prium cuiquam?

349 protectos] proiectos M. S. protelatos.
adiunare] adiungere.

350 an prodenda dies] an porro prodenda
dies fit: ita legendum ex Donato.

351 adhibere] adigere.

352 explanandis] explicandis.

353 regere] regere.

354 imitabo] v. j. Imitari.

Nec par vocat] nec par vacat M. S. Nec par-
uo Catullio pretio vel catillo.

praesens] praese sibi.

355 improbi] in prioris.

358 continere] conterere.

359 Fumus pernice, &c.] Sic Virg. Aeneid.
fumus Troes.

360 astatu] atatis.

pro purâ] purpurea.

vbi nitide Phœbi] vbi nitida Phœbes M. S.
vbi nunc Ephœbi. alij: vbi nitide Ephœbi
veste pulla candidi modeste amicti pascunt
pecora. (cora.

amictus pascunt pectore] amicti pascunt pe-

361 inde tenuisset] lumine tenuisset. vide in
Rimari.

macule retiales] v. s. Macula num. j. r.

amnis] omnis.

pietate] pietate.

Palam] pallam.

facito Demea] factio demitto.

362 ut mulietur malo] ut mulcetur malo M.

364 Passo ve hoc, &c.] Passo velouicinam
Aquilone horiam fer foras.

Hero filius Diogenes] Herophilus Διογενῆς.
v. s. in Aquilone.

369 hac istis, &c. facit] isti, sed facit nemo.

377 subtilis] subfiliis.

& ab aratro posces astricam coronam] ab A-
rato posces astricam coronam I. à theatro
posces astricam coronam. Astica corona, idest
ciuica.

380] prophanari modo] prophanarim oro.

in eade] vni cædo.

282 Vbi piem] vbi opem.

384 continuatione] continuitatem, ex Varr.

potest] patet.

Panic] planicie.

Aesculapiorum] Aesculanorum M. S. Aufcu-
thesaurus] thesauris.

394 ut existimatio nomen] ut existimator no-

men. sic supra numero 333.

digeressa] Iegressa.

395 incultos] inculta.

396 inuite] inuictæ.

populioris aures] populioris M. S. foris aures
M. S. populioris aures. id est frena. alij populo o-
ra, aures & pectora.

Contemptum] tu Lucillū credis contentum.

397 si se cupit, & si quoque à me que roget, non
impetret] si se cupiet, sic quoque à me quæ ro-
gat, non impetret, his verbis ita restitutus à
Guilielmio. alij legunt, si se cupiet, tum quo-
que à me, &c. Nam in superiore versu deli-
catus creditor negabat, se tantum ferri credi-
turum. quantum auri à se peteretur.

398 leges] res.

401 si tamen non ad te] si nondum tamen.

403 fortunam in temeritatem declinando cor-
rumpebant] fortunam in temeritate V. Fortia
in temeritate M. S. Ego lego fortitudinem.

Quid enim verius quam à prauis rumoribus
aduersa alicuius, in eius prauitatem secunda
in casum: fortitudinem in temeritatem decli-
nando corrumpi, id est declinari, atque ita
corrumpi. sic Fabius P. Acimilio sine te timi-
dum pro tanto appellari.

initio] initio concionibus.

inuideat] inuidebat M. S. inuidiana.

reditu] reditus.

405 Idque dudum] tamque diu.

iniiciendo] inficiendo.

ut ij, qui coniunij purpuram] ut ij, qui combibi
purpuram volūt, sufficiunt prius lanam me-
dicamentis quibusdā. ita legitur j. cap. 12. n. 13.

407 atas, quæ, vestis,] veltis, ætas, quæ.

410 qui multi] qua multi.

occiderunt] occiderant.

411 Tuis sermo] tuus seruus.

412 Vultis hosteis] multis hostiis.

413 Quod qua te in tranquillum] Quod quæ
te vita in.

hostis] hastis. Coniunge huic loco aliū Lu-
cillij ex eodem libro qui j. c. 6. num. 82.

421 Atque si addam quanta] atque si addā
quanti.

quod miseros] quot miseros.

Interea stat sentibus pectus] Interea stat senti-
bus fundus, ita legitur in Tiberij Donati cō-
mentariis in Andriam.

422 quos ego habui] quam ego habui.

pro spisso venit] pro spisso euenit.

presentaneum] presentarium.

incendis] incedis.

verum haud facile est venire illi] venire illō
sentētia est elegās. alius legit inuenire illi cui
aut posse] haud possis, Lipf. haud potest.

spissa omnia] spisse omnia.

423 Telesinus] Alesinus. (vestigia.

425 spurca gremio vestigia] spurca gingiue
Flacco ore, una equidem] Flaccorum munere
quidam.

vna equidem] Amunius quidam.
 spurca improbi] spurcitiam improbi.
 Concordes eum vires] cōcordētq; coniuges,
 faciat] facias.

ciuēternam] Attaliam, Atarna I. ex vestigiis
 veteris scripturae. Sunt autē ea Myfiē oppida.

426 inauditum] maturum.

senibus] lentibus.

427 eripi] erigi.

Ferte ante, &c.] Ferte ante aurorā radiorū
 ardentem iudicem. E somno in segetem a-
 gresteis cornu concitent, vt rorulentas terras
 ferro putridas proscindant, glebāsque ex ar-
 uo molli excitent, nisi quis malit, pro putri-
 das positas, I. Sed Turneb. 29. Aduers. 2. Fortē
 autem aurorā radiorum ardentem iudicem
 cum sono in segetem agresteis cornutos
 cient, vt rorulentas, ferro, terras vuidas pro-
 scindant, glebāsque auro ex molli excitent,
 vt hoc loco Cornutos pro bobus accipiat.
 alij, pro ardentem, ardentis: pro sono, somno:
 pro, vt rorulentas ferro terras vuidas: vt ro-
 rulentas terras ferro perfidas

haud sterili in segete rex te obesse] locasse
 M S. malē. legendum obfesse, quod est obfe-
 uisse, vt apud Horat. diuise, pro diuise.

Varro ἀμύρον & recte] Varro ἀμύρον μύρον ἢ
 ἀμύρον ἢ ἀμύρον, Turneb. 29. aduers. 2.

428 super caput] supra caput.

431 adde istos sacer, &c.] Audistis sacer.

ille rixas Syphax] syrophœnix. Quod face-
 re est folius, M S. adde isto sacer illoto, collo-
 ac syrophœnix, Turn. 29. aduers. 2. (tulit.
 domiciliū consulit] id est habitatum se cō-

Signata sacra esse desierunt, postea quam homi-
 nes sunt facti] signa tum sacra, &c. Lipf. sacra,
 id est signa deorū sacra, religiosa, postea q̄ ho-
 mines sunt facti sacri. Ego lego, signa sacra.

432 Patrocinantem ubi factum, &c.] Patro-
 clum autem ubi factum adierit Saniū Lipf.
 vt sit sermo de Achille certamen moliente
 cum Patroclō.

433 Nunc pergamus, supplicii] Nunc perga-
 mus vt supplicii.

Fratribus] fratriis.

434 Lali, &c.] Extat oratio Lali, quam
 quam omnes habemus in manibus, sym-
 pina Pontificum diis immortalibus gra-
